

Reverendo in Christo Patri Domino Mau-
ritio Episcopo Varmieniensi sincerè nobis
dilecto.

100
Sigismundus Dei Gratia rex Po-
lonie Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae
Masoviae & Dominus et haeres
Reverende in Christo Pater sincerè nobis dilecte!

Habuit hic nuntios suos apud nos illustres
Dominus Prussiae Dux per quos nobis significa-
vit desiderium suum de nova moneta in suis ter-
ris cudenda, nos verò quia volumus debite pro-
visum iri ut moneta nostra quam ibidem in Prus-
sia formandam et cudendam cogitamus quoad li-
bit non disconveniat à moneta Domini illius
Ducis. Respondimus ipsi Domino Duci indictu-
ros esse nos proximè conventum in Prussia ad
quem venientes ipsius Domini Ducis nuntij tra-
ctent illic cum consiliarijs nostris et concludant
de conformanda eadem utraque moneta et de
eius valore — De contributione à Ple-
banis exigenda quamvis non sit inusitatum eos
semper solere contribuere et est planè de eis
expressum in universalibus nostris literis, tamen
quia Vestra Paternitas scribit ita visum esse
Consiliarijs nostris, ideo nihil moramur non esse
ab illis exactam — pecuniam quam
collectam apud se esse scribit Vestra Paternitas
per primam oportunitatem eam reponat in manibz

1520 25 10 2 1521
Joannis Balinski Thesaurarii nostri terrarum
Prusie. De reliqua colligenda
sive semel in anno seu bis eandem col-
ligere voluerit Vestra Paternitas, relinquimus
hoc illius providentis et affectui erga nos fa-
cturam eam credentes id quod videbitur illi
futurum maxime commodum et nobis et Reipu-
blica nostre bene valeat vestra Paternitas.
Datum Petricovia in Vigilia Circumcisionis Do-
mini Anno ejusdem Domini Millesimo quin-
gesimo vigesimo octavo Regni vero nostri
anno XXI.

Commissio propria Regia Altis